

HR
3689.
Iverhardus Iunior Hummel,
Carmen
de Sancto Coniugii Foedere
Christophori Crusii.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

Hj 3689 4°

= L N. 739

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

A

CARMEN
DE
SANCTO CONIVGII FOEDERE, SCRIPTVM

in honorem magnificentiſsimi, nobiliſsimi, virtute, genere & pietate præſtantiſsimi viri, CHRISTOPHORI CRVSII, *in VVymgaard, Domini & Mœcenatis ſui omnibus modis meritò colendi,*

AB

IVERHARDO IVNIORE HEMMETTENSI.

Coniugij ſacri quicquid ſociauerit author,
Conditus hoc nunquam diſſociabit homo.

SLESVIGÆ

EXCVDEBAT NICOLAVS VVEGENER.

CIↃ IↃ LXXXIIII.

Doctiss. & venerabili viro M. E
Hegelundo SS. theologia lecto
apud Ripenses Dno præceptori &
trono suo no vulgariter colen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

NOBILISSIMO VIRO
D: CHRISTOPHORO CRVSIO, PATRONO SVO S: D:

QVAE tibi dona fero fautor clariſſime vultu
Placato tecum volue reuolue precor.
Non aurum tibi dona fero, non munera gemmas
Offero, ſed breuibus carmina ſcripta modis:
Quæ vir clare precor præſenti ſuſcipe fronte,
Et quæſo vultu non renuente lege.
Vt paruæ vires, non eſt damnanda voluntas:
Inſtar quæ magni muneris eſſe ſolet.
Sed tibi ne videar verſu patrone moleſtus,
Claudatur ſolita litera voce, Vale.

Deditiſſ: tuus

cliens

IVERHARDVS IVNIOR HEMMETTENSIS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

CARMEN DE CONIVGIO.

QVam res grata DEO caſti ſint fœdera lecti,
Quam ſit, furtiuo, turpis amore frui,
Nullus homo capiet: cupida ſi mente, ſuperno
Haud nomen dederit, qui regit aſtra, DEO.
Quomodò conſumant caſtè ſua tempora vitæ,
Chriſticolas omnes pagina ſacra docet:
Nam cum principio cœli terræq; Monarcha
Feciſſet cœlum terraq; quicquid habet,
Acceßit propius diuina potentia tandem,
Cerneret vt toto quicquid in orbe foret;
Quicquid habet tellus, aer, aqua, quicquid & ignis,
Hoc ſibi conſortem vidit habere parem.
Solus Adam ſolus nitidis errauit in agris,
Commoda non illi quæ bona præſtet, habens.
Multa Panomphæus ſecum perpendit honeſta,
Conſilio atq; ſacro talia verba dedit:
Vtile non homini eſt totam ſine compare vitam
Tranſigat, & ſolus numen in orbe colat,
Nos teneram lecti ſociam faciamus oportet,
Quæ morbos omnes & mala quæq; fuget.
Ambroſios artus cum iam ſopor altus haberet,
Accedens tetigit membra locata DEVS.
Ex coſtaq; viri mox pulchra puella ſuborta eſt,
Venit & in clarum virgo tenella diem.
Heus heus, dixit, Adam dextræ coniungito dextram,
Et ſociate pio corpora veſtra thoro:
Creſcite multiplices florenti ſemine, ſicut
Conſpicuo fulgent ſydera multa polo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

Quicquid habet terrena palus vos ſubdite veſtro
  Imperio, volucres, piſciculosq; maris.
Tu fluuialis eris moderator arundinis, inquit,
  Sit mulierq; tuæ ſplendida gemma domus,
Pana tibi comitem vaſta de rupe vocabis,
  AEdes internas dum regit illa tuas.
Sic Dominus thalamum Paradiſi in gramine caſtum
  Inſtituit, feriens fœdera firma thori.
Poſtquam accepit Adam ſummi munuſcula Regis,
  Edidit in talem talia verba modum:
Hæc ſunt membra mea, dixit, de carne creata,
  Hæc virgo eſt lateris pars veneranda mei.
Fœmina quam donas, forma ſupereminet omnes:
  Hæc eſt iucundi cauſa caputq; boni:
Idcircò mulier iutrix mihi vera manebit,
  In viuis qua cum fata ſiniſtra teram.
Tres propter cauſas thalami pia fœdera ſacri
  Inſtituit, creſcant vt ſua regna, DEVS:
Herbida dein vacui plerentur climata mundi,
  Et vacuum patulo ſtaret in orbe nihil.
Poſtea non multos mortales condidit vnà
  Principio, tanquam πνέυματα caſta DEus.
πνευματα caſta manus ſummi ceu dextera fecit,
  Et verbò angelicos omnipotente choros.
Sed voluit pueri nullo ſine fine creentur,
  Quapropter lecti iura ſeuera dedit.
Caſta DEVS mens eſt, etiam ſic omnia caſta
  Flagitat, & caſtè viuere quemq; iubet.
Inde bonum non eſt ſolum ſine coniuge
  Viuere: ſed ſociam debet habere parem.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

Quæ ſemper præſtare viro ſolamina poſſit,
Quodlibet aduerſum triſte leuare valens.
Poſtremo vt fugiant homines mala deuia ſemper,
A tactu valeant & remouere manus,
Hanc habeant qua cum totam decurrere vitam,
In vetitis tactus & numerare queant,
Ne referat vanæ vulgata licentia famæ:
Multarum ſpolium virginitatis habet,
Aut vetitos ſolitus fines tranſire pudoris,
Aut benè compoſitum ſollicitare thorum.
Gnatus adhæc ſuperi, ſuperiq; propago parentis,
Haud tacito affectu, gaudia ſumma capit.
Magna dedit largè Galilæis munera ſponſis,
Dulcia & ex liquidis vina creauit aquis,
Significans caſti gratiſſima vincula lecti,
Hæc quoq; ſeruantes ritè, placere ſibi,
Qui mandata ſtudent ſummi ſeruare Tonantis.
Hos etiam in cœlis præmia magna manent.
Ergò quisq; ſuæ maturo tempore vitæ,
Quando ætas, quando barba virilis adeſt,
Vitandos ſentit quandoue cupidinis arcus,
Connubium caſtus debet inire ſacrum,
Illicito, lucem, ne dum ſuccumbit amori,
Perdat Euangelij, nominis atq; decus:
Nam cum de ſtatua, facies ſublatur amica,
Non decus in reliquo corpore membra tenent.
Sic homo ſpretus erit, ſic ſpretus vbiq; iacebit,
Ni benè ſit comptus laude pudicitiæ.
AEternam poſſit vitare vt deniq; pœnam,
Lucifugis Chriſtus quam minitatur eis,

 Suc-

Succumbunt victi vetito qui prorſus amori,
Eſt & quæ veneri dedita turba Deæ.
Hac de re ſcripti præbent exempla libelli:
Sic Sodomam punit vindicis ira DEI.
Sic & Pſalmographus Dauid punitur Ieſſæ
Vates, in cauſa ſpurca libido fuit.
Pergama ſic pereunt: Spartanæ robora gentis
Propter adulterium diruta ſicq́; iacent.
Contra qui faciunt ſummi mandata parentis,
Atq; pudicitiam qui retinere ſtudent.
Pondus ineſſe dabit, quodnam pia pectora poſcunt,
Atq; iuuabit eos pro bonitate DEVS.
Quis te ergo fatis natum fœlicibus ô mi
Chriſtophore eſſe neget? dum ſacra vincla ſubis?
Dum metuis ſummi mandata verenda parentis?
Atq; DEO genitus quod DEus vrget, agis?
Nobilitate viges generis, te facta parentum,
Virtus & pietas nobilitare queunt.
Inclyta nobilibus laus eſſe parentibus ortum,
Quæ venit è ſtudijs gloria maior erit.
Ergo te duplici quis nobilitate recuſet
Clarum? namq; tibi Doctus Apollo fauet.
Doctus Apollo fauet præclari carminis author,
Et de pierio fonte miniſtrat aquas.
Inclyta laus, fateor, ſtudijs quæ ſurgit honeſtis,
Gloria maior adhuc ſed pietatis erit.
Ergo quis triplici renuet te nomine clarum?
In te dum pietas fulget & alma fides,
Iuſſaq; dum ſequeris Domini metuenda ſupremi,
Abſq; quibus poterit nulla venire ſalus.

Doctri-

Doctrina præſtas , excellis moribus , inde
A claro clarum ſtemmate ſtemma trahis.
Te decorat pietas virtutum maxima virtus,
Vnde tuum verè nomen & omen habes.
Ergo te claris celebrabit laudibus ætas ;
Clarum clara tuum nomen ad aſtra feret:
Et quia ſacra ſubis ſocialis fœdera lecti,
Omnes læticiæ dant pia ſigna ſuæ :
Ergo non volui ſolus tacuiſſe videri,
Nullaq; læticiæ ſigna dediſſe meæ,
Et rogo ſupremum deuoto corde parentem,
Nil rectè fieri quo ſine dante poteſt:
Imperij vt poteris iuſsi pia frena tenere,
Et tibi det caſti commoda multa thori.
Vt tibi longæuæ fœlicia tempora vitæ,
Læticiamq; tibi det ſine fine nouam.
Et tua nobilibus Metta oro parentibus orta,
Sit tibi morigerans , ſit tibi ſtella nitens.
Annuat omnipotens ſummi moderator Olympi,
Aure meas facili ſuſcipiatq; preces.

IN ZOILVM.

I nuide ne lædas , qui ſcripſit talia , vate M.
O bſtrepe non vati Zoile quæſo pi O
H aud famæ voluit verſu ſibi quærere nome N,
A ſt hic coniugij verus habetur hono R,
N obile Chriſtophori decus hic, tua gloria Mett A
N obilium hic agitur gloria , nil aliu D
E rgo caue rigide , rigidoq; reſiſt re verſ V
S i tibi fas quosquam lædere læde malo S.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

AVTHOR DE SVO CARMINE.

ETſi ridebit ſalſe mea carmina lector,
Conſilium cœptum non reuocabo tamen.
Infeſto ſemper vox garrula in ore ſonabit,
Nempè malum fecit quod malus author opus.
Inuide non ceſſans obſcuram cogere turbam
Hic ſunt carminibus crimina plura refers:
Ad quæ nil aliud refero tua ſcommata quicquam:
Perdis opus, quod habes perdis & omne decus.
Hæc ego legitimo conſcripſi carmina lecto:
Hæc ſunt connubio carmina ſcripta nouo.
Hæc ego compoſui ſed forſitan inuidus extat,
Qui laceret miris carmina noſtra modis:
Sic tu Mæoniden carpebas Zoile vatem,
Sic non ſutorem ſutor amare ſolet:
Sic odio vatem vates ſectatur acerbo,
Sic nec cantantem carmina cantor amat.
Hæc ego compoſui, quod vis tu Zoile carpe:
Gloria multa DEO, gloria nulla mihi.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3689 4° (LN 739)